

26 Disp. XXIX. De ente increato ut ratione humana inuestigabili,

nam sape minor cognitionis, quam eidens, sufficit ad obligandum hominem, & ut illum inexcusabilem reddat, nisi iuxta illam operetur. Nihil omnius tamen, si verba sua atente ponderaret, a tis indicare evidenter cognitionem, ut sunt illa. [Manifestum est in illis, & Intellecta conspicuntur.] Et simile testimonium est apud Salomonem, Sap. 13, vbi reprehenduntur qui verum Deum ignorant: [Vani (inquit) sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, que vident bona, non potuerunt intelligere eum qui est: neque operibus atudentes, agneuerunt quis esset artifex; & infra:] A magnitudine, n. spē, & creatura cognoscibiliter poterit creator eorum vident. Idem indicant verbus illis Psal. 18. [Celi enarrant gloria Dei.] vi late exponit Chrysostomus 9. & 10. ad populum. Et eodem sensu declarat Gregorius, verba illis 36. [Omnes hoīes vident enim, vñutquisq; intueut procul,] lib. 27. Mora. c. 2. Ac dēnique idem sententia Ecclesiastis Paules, quos nunc referre, vñ à Metaphysico instituto alienū, infinita bona in nonnulla testimonia, probando rōne affectationem posuit. Quæ non potest melius ostendari afferendo demonstrationes, q. b. dicta veritas, p. b.

Sap. 13.

Psal. 18.
Chrysost.

lib. 36.

Damasc.
D. Thom.
Gregorius.
Chrysost.
Dionysius.
Areopag.

Eusebius.
Cæsaren.

Prima demonstratio, quod Deus sit.

Vix igitur occurrit via præcipua ad hoc ostendendum. Una est omnino a posteriori, & ex effectibus altera est proximè a priori, quanvis remoto sit etiam a posteriori, ut postea declarabo. Prior via est magis vñtaria à sanctis Paulib. magisq; confessanea Paulo, & Salomonis in locis citatis: & potissimum significatur in verbis illis Sapientis: [A magnitudine speciei, & creaturæ,] id est, [a magnitudine, & specie, seu pulchritudine creaturarum.] Ex quibus verbis postfumis in hunc modum rōnem formare, nam, licet singuli effectus per se sumpti, & considerati, non offendant vñtrum, & cumden esse omnium factorem, in totius vñuersi pulchritudinem, omniumq; rerum, q; in eo sunt, mirabilis connexio, & ordo, satis declarant esse vñtrum primum ens, a quo omnia gubernantur, & originem dicunt. Hanc rōnem attingit D. Thos. lib. 1. cont. Gent. c. 13. ex Damasco, lib. 1. de Fide c. 3., & Greg. 2.6. Mora. c. 8. & Chrysost. homil. 4. in Genesim, & exp̄s Dior. y. Arcopagita c. 7 de diuin. noīn. dixit Deum cognosci ex creaturarum omnium ordinata summa dispositione: Quod vñtpaurit etiam Aug. lib. 11. de Cœ. c. 4. & Iustinus interrogatus q. 6. Genitius, [Vnde fieri potest si ne Deus omnino?] eleganter ac breuiter respondit, [Ex eorum, quæ sunt, concrezione, constitutione, ac stabilitate.] Vnde optimè Eusebius Cæsariensis lib. 7. de preparat. Euang. c. 2. [Sicut dominus (inquit) sine artefacto, aut panus sine texente fieri non potest, ita neque vñuersum hoc sine auctore.] Gregorius vero Nazianzenus orat. 2. de Theolog. exemplo vñturi cytharae, concentus eius ordinatissime ac pulcherrime constituti. Nam siquid id non possit intelligi sine aliquo auctore, vel aucteritate neque, huius vñuersi a-pollissima constitutio sine Deo. Tandem ratione hanc insinuat Philotheophilus lib. 12. Metaph. c. 2. in illis verbis: [Quo namque paecto o. do eti, nō existente aliquo perpetuo, separatio, ac permanēte?] Eamque latius prosequitur, c. 10. y. b. n. vñturi

A exemplo domus, & familia: recte ordinata, & exemplo exercitus, qui sine fine ordinatum est, & non potest. Eadem terterat lib. 1. c. 3. & 4.

Vt autem vis lumen rationis magis perspiciat amplius expendenda est. Di. c. e. n. possit aliquis ex hoc effectu ad summum haberi, vñtrum esse omnium gubernatorem, non tamen cōditorem. Deinde dicere possit, illum esse vñtrum non narrata, seu entitate, sed consensione, ut plures artifices ad vñtrum adhuc sum conserendum conuenient. Præterea hic discutitus non habet locum in rebus p. i. spiritualibus, nam de illis nobis evideat non confit, quantum connexionem habeat, vel inter se, vel cum aliis rebus lumen mundi visibilis. Denique, si quis singulat præter hunc mundum visibilem, esse alium, nullam connexionem cum hoc habentem, eiusq; conditorem esse est in creaturam ens, distinctum tamen ab eo qui hunc modum condidit, & gubernat, non poterit quidem prædicta ratione convinci ergo ex effectibus, quos non experimus, non fatus sumus convincere esse vñtrum ens in creaturis, quod sit principium exteriorum omnium, que in rebus existunt, sive in hoc mundo, sive in alio. Ex horum itaq; expositione vñ pendere dicta rationis vis, ut vñuersus omnia entia comprehendat, & inter omnia vñtrum tantum primum, & aliorum fontem esse conclusa huiusmodi enim appellamus Deum.

Prima euasio refellitur, & emanatio totius orbis sensibilis ab uno efficiente ostendatur.

Ad primam igitur obiectiōnē, vel potius euāsiōnē, in primis respondere liber verbis Laetanti lib. 1. de falsa religione, c. 2. [Nemo est tam rūdis, tam rūcis, tam feris moribus, qui oculos suos in cœlum tollens, tametsi nesciat, canus Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquem tamēt enim esse non intelligat ex ipsi rerum magnitudine, motu, dispositione, constātia, vultu, pulchritudine, temperatione: hec posse fieri, quoniam id, quod mirabiliter ratione confitat, est filio maiori aliquo sit instrumentum.] In quibus pertinentiis verbis eleganter indicat, ex gubernatione recte colligi preceptionem, quia non potest vñtrum gubernari, nisi ab eo, cuius consilio, & potentia conditum fuit. Ideo enim mirabilis modo, & ratione constat, & mira rerum connexione, & successione conservatur, quia à sapientissimo artifice ita intricata fuit, prout ad talēm gubernationem, & conservationem opotebat. Sic igitur ex connexione, mutuaque operatione recte vñuersi, non tantum colligunt vñtrum vñuersi gubernatur, sed etiam effecter.

Quod præterea declaratur breuiter discurrendo per omnes res ex quibus hoc vñuersum constituitur. Et in primis de speciebus omnibus rerum generabilium, & corruptibilium superat offensum est, non posse existimari, quod à se habeant esse; per solam successionem vñtrum induitum ab alio, sed necessarium esse, ut vñatque species in aliquo induitum ab aliqua superiori causa efficiat sit. Quod, saltem quoad ipsa composita & quoad formas materiales, si eidens ex dictis in superiori sectione: quoad ipsam vñtrum materialiam (& aliam) non procedit ratiō ibi, etia:

VIII.
Euasiones
rōnis facta

IX.
Laetant.

X.